

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Humilitas c
cum uariis

Non aliam tibi ad capescendam et obtinendam ueritatis uiam munias quam que munita est ab illo qui gressuum nostrorum tanquam Deus uidit infirmitatem. Ea autem prima est humilitas, secunda humilitas, tertia humilitas et quociens interrogares hoc dicerem. Alludens dicto cuiusdam petentis a quodam philosopho quod esset melius in rethorica respondens: prima eloquencia, secunda eloquencia, tertia eloquencia, et sic et cetera.

Augustinus in epistola ad Dyascorum.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Humilitas c] Humilitas d P V¹ V² L¹ L²; obtinendam] optinendam M; munias] inuenias P V¹ V² L¹ L²; munita] monstrata P V¹ V² L¹ L²; est humilitas] et quociens interrogares *add.* P V¹ V² L¹ L²; secunda humilitas] et *add.* P V¹ V² L¹ L²; interrogares hoc] hoc interrogares P V¹ V² L¹ L²; alludens] alludes P V¹ V² L¹ L²; respondens] respondit P V¹ V² L¹ L²;
Augustinus in epistola ad Diascorum *om.* C